



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

XVII. Cùm in multis casibus liceat homines à Confessione reuocare, an non liceat quoque Co[n]fessionem eo ipso fine reuelare, vt scilicet hac occasione homines à Confessione reuocentur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

SECUNDO, ad figillum pertinent omnes peccatorum circumstantiæ, quæ necessariae sunt ad Confessionis integritatem.

TERTIO, omnes casus reservati, tam in genere, quàm in specie. Quia quicquid reservatur, propter aliquod mortale reservatur; Vnde qui dicit talem poenitentem confessum esse aliquem casum reservatum; licet casum non nominaverit: nihilominus violat figillum Confessionis.

QUARTO, omnes defectus poenitentis, & negotia quæcunque, ad eius famam vel infamiam pertinent: utpote, quòd fit servus, quòd illegitimus, quòd ære alieno gravatus, aut quæcunque alia, ex quibus manifestatis, diminui posset opinio apud homines de illo concepta.

Cùm in multis casibus liceat, homines à Confessione reuocare; an non licet quoque Confessionem eo ipso fine reuelare, ut scilicet hac occasione homines à Confessione reuocentur?

Questio XVII.

Licet quidem aliquando reuocare homines à Confessione facienda, non solum extra tempus ab Ecclesia statutum, sed etiã in ipso tempore, scilicet in Quadragesima; imò & in tẽpore, quo est homo positus in articulo mortis; ut si necessitas cõpellat pugnare pro

Respõsio.

M 7 Reipub.

Caput VII. De Secreto seu Sigillo

Reipub. defensione, aut nauim dirigere, & exonerare pro salute eorū, qui in ea existunt, & in aliis similibus suadendū est, vt illo tempore homines à Confessione cessent, si quædam ad vitam necessaria, per Confessionem illam impediuntur.

Verū scire oportet, quòd non solūm necessarium est, Confessionē celare propter necessitatem confitendi; verumetiam propter naturam secreti, quod taciturnitatē flagitat. Nam ad cōmittendū alteri secretum nudū, nulla cōpellit necessitas; si tamen alicui cōmittatur, necessarium est ei, cui tale secretum commissum est, illud celare, & non detegere. Ita, etsi sæpe homines voluntariè confiteantur absq; aliqua necessitate; est tamen necessarium Confessori ipsam Confessionem celare, idq; multò strictiùs, quàm si esset secretum nudum Confessori commissum.

Vnde, etsi omnino esset sublata necessitas vocaliter cōfitendi; supposita tamen utilitate ipsius Confessionis, adhuc esset necessariò celanda Confessio. Quia non solūm illicitum est per Cōfessionis reuelationem dare occasionē hominibus, vt à Confessionibus eisdē necessariis abstineant: sed etiam, vt Cōfessionem, quæ tam saluberrimum remediū est ad curanda commissa, & præseruandum à recidiua, homines abhorreant, etiā eo tempore, quo Confessio vtilissima hominibus foret.

Quoniam